IN PROCESSV DOMINICI PINOS.

sup. Apprehensione.

Pro Emerenciana Pelegrin, & Hieronymo Peralta.

MIguel Seuil, y Mosen Miguel Seuil su hijo, siendo señores de las casas aprehendidas en este processo, communiter & pro indiuiso, hizieron donacion dellas propter nuptias, a Anton Seuil hijo y hermano respectiue de los donantes, con este vinculo.

Ab tal pacte, vincle, y condisio, que si lo dit Antoni Seuil morira sins fills mascles, de legitim matrimoni procreats, que vinguen dites cases al Reuerent Mossen Miquel Seuil Preuere. Y a pres de dies seus vinguen a Iuan Seuil. Y si lo dit Iuan Seuil morira sins fills mascles de legitim matrimoni procreats, que dites cases tornen a la filla, si ni aura del dit Antoni Seuil. Y si de aquel no ni aura, sien de la filla del dit Iuan Seuil. Entenet dites cases tan solament al vn fill, o filla qui sie hereu, o hereua de dites cases, en aquel tal, o tala, que lo Pare voldra, solament dites cases per temps, ni per hores, no puguen ésser partides, sino que resten senceres pora el hereu, o hereua que de present es, o per temps sera.

Anton Seuil donatario tuuo a Miguel Seuil por hijo, que murio en vida suya, y el despues sin hijos varones, ni hembras. Mossen Miguel Seuil primero substituydo, tambien se propone que murio antes que Anton Seuil donatario, y tambien Iuan Seuil segũdo substituydo, y que Iuan tuuo por hijas a Iuana Seuil, Hipolita, y Apolonia. Y que Iuana hija mayor de Iuan Seuil murio. Con esto pretenden Domingo Pinos y Hipolita Seuil hija segunda de Iuan, que se verifico el vinculo referido, y que pues Anton Seuil donatario no dexo hijos ni hijas, y al tiempo de su muerte eran ya muertos Mossen Seuil, y Iuan Seuil sus hermanos, y Iuana Seuil

hija primogenita de Iuan, se le defiere la succession de las casas, como a hija segunda de Iuan, que tempore cedentis fideicommissi, se halla mayor.

Y con esto pretende excluyr a Ambrosio Seuil descendiente nieto varon de Antō Seuil, porque su padre Martin Seuil no fue legitimo.

A Emerenciana Pelegrin (que viene con los creditos de la dote y augmento de dote, que fueron assegurados a Gracia Pelegrin, quando caso con Miguel Seuil, hijo de Anton donatario, por los mismos Anton y Miguel Seuil, los quales peruinieron por su muerte a Gracia Pelegrin su muger, y por la della, en Ysabel Iuana Seuil hija de Miguel Seuil, cō vinculo que si muriesse sin hijos, o teniendolos aquellos, muriessen menores de veynte años, boluiessen a Miguel Pelegrin, y Gracia Cases sus padres, en Hermergildo Peralta hijo de Geronymo Peralta, y de Ysabel Iuana Seuil: y porque murio menor de veynte años, peruinieron en Miguel Pelegrin su abuelo, y del en Emerenciana Pelegrin su nieta) tābien pretenden los Aprehendiētes excluyrla por el mismo vinculo, con lectura, que aunque dotes se asseguran sobre bienes vinculados, *ex authen. res quæ. C. commu. delega.* recibida y practicada en este Reyno cum suis ampliationibus, & limitationib⁹: Empero que no tiene lugar en este caso, porque Miguel Seuil contrayente, y en fauor de cuyo matrimonio se asseguro dicha dote, no llego a posseer las casas vinculadas: y assi no pudo hypothecar las a restitucion de la dote en perjuyzio delos otros. Y porque quando la hypotheca tuuiera effecto, era en subsidio y falta de bienes libres, y prouaron los Aprehendientes que quedarō muchos de mucho mas valor, y estimacion de la dote que se pide, y que assi no ha lugar su recobro. Y a la misma Emerenciana Pelegrin que pide las mejoras de las casas, como legitima heredera de Gracia Pelegrin en ellas, la pretenden excluyr, con obscurecer la liquidacion, y prouança que dellas ha hecho.

Y finalmente a Geronymo Peralta, marido que fue de Ysabel Iuana Seuil, que pide la viudedad de dichas casas, prtenden excluyrlo con el mismo vinculo y fideicommisso, diziendo, que auiendole, por testamento no pudo dexarlo a perjuyzio de los llamados.

De aquesta relacion de todo el hecho deste processo, casi toda su resolucion depende principalmente de ver, si Hipolita Seuil, hija de Iuan, succedio a Antō su tio, y donatario de estas casas iure vinculi, & substitutionis. En que se han de ver dos cosas. La vna, si por auer faltado en vida de Anton donatario, y grauado, Mossen Miguel, y Iuan Seuil sus hermanos substituydos en los grados anteriores, caducarō las demas substituciones, y la que pretende Hipolita Seuil. De tal manera, que no pueda ser admitida

tida a la succession que pretende iure vinculi. La otra, si dado caso que no huuissen caducado, si resultando (como resulta de processo) que Iuana hija mayor de Iuan Seuil tuuo por hija a Iuana Martin, que oy le sobreuiue, (depone lo Iuan de Tamarite 5. testigo de Domingo Pinos en el 7. artic. de su Proposicion, que haze plena prouança contra producē tem, Romano *consi.* 104.) ha de quedar excluyda Hipolita de la succession por su sobrina, hija de su hermana mayor llamada expressamente a ella si huuiera sobreuido.

Prioris inspectionis resolutio, conclusiuè & analiticè procedēdo, dependet ex ea distinctione, an priorum substitutionum graduus caducentur, & deficiant ex defectu cōditionis, illis, aut priori adscriptæ, an vero ob solam præmorientiam, & prædeficientiam primi, aut alterius substitutorum. Si enim priores substitutionum graduus defecerint, ac euanuerint ob defectum conditionis, ex qua cæteri posteriores graduus pendere quoque credūtur, priori caducato gradu, cæteri quoque interijsse existimātur; veluti si instituto decedente sine filijs, sint multi gradatim simpliciterque substituti: Cum filijs nāque, instituto obeūte, omnes expirant substitutiones, & caducæ efficiuntur; *l. ex facto. §. fin. ad Treb. l. 1. C. de condito. insertis*, Oldra. vulgari *consi.* 21. ornat & declarat exactè Peregrinus *art.* 15. *ex num.* 28. Si vero prior substitutionis gradus non intercidat ob defectum conditionis. Sed ob præmorientiam prioris substituti in vita grauati, nec strictissimè ac necessario fideicommissum, ad fauorem sequentis superstitis, substituto personaliter iniūctum fuit, nominatim disponendo, quòd institutus restitueret priori substituto, & is, sequenti, & sic de singulis, (qui casus magis dubitabilis esset ex Ruini consultatione *consi.* 99. *num.* 16. *in* 2. declarato vt per Peregrin. *d. art.* 15. *numer.* 26. *& seq.*) Imò fuisset iniunctum per verba impersonalia, directa, siue communia, tunc & si nulla subsit expressa vulgaris, sed solum fideicommissaria, nihilominus priori caducato gradu, cæteri subsistunt, & hæres, vel istitutus, aut alter substitutus, in quem bona peruenerunt, quique gradui caducato restituere tenebatur, tenetur præstare sequenti *l.* 2. *§. pro secundo, C. de caducis tollendis, l. Celsus. in prin. l. si alienos. l. cum pater. de leg.* 2. *l. si ab eo. de vulg.* sub indiuiduo Bar. *in l. quandiu. in fine. de acquir. hæred.* receptus, vt per Peregrinum *d. art.* 15. *num.* 22. & sic fuit decisum à Rota *decis.* 374. *num.* 1. *par.* 1. *in nouissimis*, vbi pulchrè. Et etiā apud Zanchum *in §. cum ita.* 2. *par. ex numer.* 68. Ex quibus, in hoc casu valde difficile esset prætendere, ob præmorientiam Reuerendi Michaelis Seuil, & Ioannis Seuil in vita Antonij donatarij, esse effectas caducas substitutiones filiarum eiusdem Ioannis Seuil.

Huius igitur litis, & articuli resolutio ex alia dependet inspectione, vtrum videlicet super existente

stente ex processu Ioanna Martin filia Ioannæ Seuil filiæ natu maioris dicti Ioannis, sit Hipolytæ sororis matris, preferēda. Qui articulus satis, inuolutè à Doctoribus discutitur, ac varijs opinionibus controuertitur. Vt merito Peregrin. *artic.22.num.*44. dixerit, passum esse controuersum. In eoque duæ præcipuæ reperiūtur Doctorum opiniones altera pro Ioanna Martin nepté Ioannis Seuil, ex Ioanna filia maiori prædefuncta, vt ad fideicōmissū admittenda sit, exclusa Hipolyta eiusdem Ioannis filia secundo genita, cōtinetur enim neptis sub appellatione filiæ non solum in conditionalibus, *ex §.fin. Insti. qui testa. tut. dari possunt.* & Bar. *in l. liberorum, ff. de verbor. signifi.* qui loquūtur de liberis, & idem iuris est si pisponēs (filiorum) voce vsus fuerit, ex Bart. *in d.l. liberorum. nu.* 18. Bal. *in l.1. C. de condi. insti.* Castren. *in l Gallus. §. instituens. num.* 4. *de lib. & posthu.* & cum multis de communi & recepta scribentium sentētia comprobata *ex l. Lutius in 2. ff. de hæredi. insti. & in d. l. liberorum. & in l. cum accutissimi. C. de fideicommissis.* profitetur Trentacinq. *de substitutio. par.4. cap.7. num.*57. vbi cumulat sexdecim grauissimos Authores pro nepte, sentientes & vltra eos Anto. Gabriel *titu. de verbo. signifi. conclu.* 1. *ex num.* 5. Socin. Senior recens excusus *consil.* 100. *um.* 5. *in* 5. vbi asseuerat hanc esse communem Bar. theoricam, Bertazzolus *consil. ciuili* 30. *nu.* 13. addens nominatim istam esse crebriorem & veriorem opinionem in nepte, ex filia superstite, stareque pro ipsa maiorum Doctorum partem numero, pondere, & mensura. Quæ opinio securius procedit, quando dispositio in futuros euentus, & ad fauorem futurorum filiorum vocatorum directa fuit. Tunc enim verisimile est, disponētes cogitasse forsan, filiabus non extātibus, neptes exituras, ijsque æqualiter prospexisse creduntur, sic ponderat Bertaz. *d. consi.* 30. *num.* 14. & 15. recēsitis viginti quatuor Doctoribus, Romano, & sequacibus reprobatis: Ita quoque declarat Purpuratus *consi.* 311. *num.* 7. *in* 1. & ex alijs Peregri. referens sic Vicentiæ iudicatum *art.* 21. *num.* 44. & pro ista parte plures Doctores, & fundamenta cumulat Anton. Gamma *decis.*307. *ex nu.*1. *vsq; ad nu.*15. & istam opionē pro nepote & nepte ad exclusionem substituti esse veriorem, & æquiorem, & secundum illam fuisse a Senatu iudicatum pro maiori Dominorū parte refert Thesau. *decis* 188. *nu.* 9 *versi. verum, cum de hac quæstione.* Et nouissime pro nepte respondet Ioan. Baptista Costa licet loquatur in successione diuisibili, & in concursu neptis, & sororis ipsius matris *prædefunctæ consi.*2. *per tot.* Apud quos fundamenta, iura, & rationes quæ possunt pro ista parte considerari:

Vt ex ijs appareat æquiorem, verioremque sententiam, imò, & magis receptā secundum Simo. de Præt. infra, esse pro Ioanna Martin nepte Ioannis Seuil ex Ioanna filia maiori, aduersus Hipolytam eiusdem Ioannis filiam secundogenitam, & secundum eam fuisse sæpissimè

pissimè iudicatum, & iudicandum.

Et quamuis è diuerso stet altera secunda opinio præcedenti contraria, pro Hipolita filia secundo genita Ioannis, ad exclusionem neptis ex sorore maiori, cuius antesignanus allegatur à Thesauro *d.decis.* 188. *num.* 6. *Paul. Castren. consi.* 409. *in* 2. & allegat plerosque alios, & quamuis detulerit pro contraria censuisse Senatum, nihilominus addit *nu.* 11. sibi de iure eam decisionem tutā non videri, carpitque Simo. de Prætis, dicentē fauere nepti magis communem opinionem, recensitisque, & calculatis authoribus resoluit *num.* 9. pro nepte stare triginta Doctores, pro filia vero quadraginta & vnum.

In qua æquidem opinionū varietate, difficile est reperire quænam sit magis communis, vt agnoscit Thesaur. *d.decis.* 188. *num.* 5. & si vere dinuerentur DD. arbitrarer, longe plures stare pro nepote, vel nepte aduersus filium, vel filiā secundo genitos, & in hac quæstione, satis plurimum versatur arbitrij, ponderatis occurrentis facti circunstantijs, qualitateque fideicommittentis, bonorum, & vocatorum ad fideicommissum: Sed animaduersa in primis mente disponentis verbisque ipsius attentè pensatis, ex quibus prudens Iudex, Spiritus sancti suffragio piè efflagitato, quod ab eo inspiratū fuerit, & animo adductum decernet, modo pro nepte, ex filia primogenita, modo pro filia secundo genita iudicans, vt post exactissimum articuli disceptationem, rerumque in Lusitania hinc iudicatur, obseruat Gama. *d. decis.* 307. *in fine.*

In occurrenti vero facti specie verbis disponentis attentis, consideratisq; personarum, & vnius parui momenti domus, in qua disponentes fideicommiserunt, cæterisque facti circunstantijs non dubito dominos pro admissione neptis ex Ioanna filia Ioannis primi, aduersus Hippolytam filiam secundo genitam iudicaturos.

Cuius vocationi & admissioni non obeunt, obiectiones a Dominis ex Doctorum mente propositis, non prima, Quod resolutio pro nepote, vel nepte, aduersus patruos procedat, quando agitur de successione diuisibili, vt in eā vterque concurrere, & pro virili admitti possit. Secundus autem quando disputatur de successione per viā maioratus, quæ concursum excludit. Quia imò procedit etiam in successione indiuisibili per viam fideicōmissi, ac maioratus, in quibus terminis DD. supra relati potissimum Gamma, & Thesaurus articulū disputant, & resoluunt. Vt ista longe verior, & receptior sit sententia quamuis Peregri. *d. art.* 22 *num.* 24. *in fin.* ex Alexa. *consi.* 4. *in* 4. Iaso. *in l. si pater. num.* 3. *C. de hære. insti.* & Alben. *consi.* 60. *num.* 5. tenuerit, prælationem nepotis, aut neptis pro patrui exclusione nō procedere, esseque sufficientem coniecturam pro patruo, quod vnicus tantum vocatus sit filius maior natu, non enim videtur sola & præcissa vnius vocationem

admissionem nepotis, aut neptis excludere, cum in istismet termi nis procedant disceptationes, & resolutiones Doctorũ supra alle gatorum.

Nec secunda, quæ magis replicationis vim obtinere videtur: quod vbi repugnat verborum proprietas nepos, vel neptis non continentur sub appellatione filij, aut filiæ, pro exclusione abunculorum. Id enim non videtur locum habere in occurrenti casu, tum ob præfatas cõiecturas, & facti circũnstantias. Tum præmaxime, quia agitur in occurrenti casu de fideicõmisso ascendentis: & tunc neptis intrare debet locum matris, vt exactissime articulum resoluens docet Sim. de Præt. omnino in proposito consulendus *de interpre. vlt. volun. lib, 3. interpre. 3. dubi. 4. solu. 3. num. 21. pag. 226.* vbi refert duas in proposito celebres extitisse Doctorum sententias, alteram quæ fuit originalis glo. *in l cum ita §. in fideicommisso. de leg. 2.* docentis nepotem vel neptem abunculo, aut amitæ præferri debere in successione fideicommissi, alteram vero Bal. *in eodem §. in fideicommisso. in fi.* intrepide pro amita, vel patruo tenentis, resoluit tamen cũ magna Doctorũ allegatione, sen tentiam glo. pro nepote, vel nepte aduersus Bald. patrumque, vel amitam esse communem, & veriorem, & ex Marzario *de fidei com. par. 2. quæst. 18.* secundum illã fuisse iudicatum, & ex Cephalo *consi. 13. nu. 30. & consi. 330. nu. 53* ab ea non esse dicedendum cum sit crebiore calculo recepta, & ex Socin. Iunio. *consi. 20. in prin. in 3* transeundum esse cum hac opinione sine scrupulo, in casu in quo agitur de successione ascendentium, quibus ab intestato de mortuis, alijs proximioribus non extantibus nepos, vel neptis cum patruo vel amita in successione concurrerent, & iterum de com muni ex amplissimo cons. Rolan. 68. *ex num. 22. in 1.* Et pro veritate defendendum ex Port. Imo. *consi. 54. nu. 29. & alijs.* Idem Prætis, vbi quoque eandem affectio nem similemque verborum pro prietatem late cõsiderat, pro admissione nepotis, vel neptis, quæ considerari posset, aut deberet pro admissione patris, vel amitę, ex authen. *cessante. C. de lega. hæred. ex Iaso. consi. 215. in 2. & consi. 159 in 4. Alexan. consi. 88. num. 5. in 1.*

Et quamuis doctissimus Prætis, quo nemo Doctorũ exactius articulum disputauit, retulerit tres casus fallentiales pro patruo vel amita, & exclusione nepotis, vel neptis, etiam in fideicõmisso ascendentium. In præsenti tamẽ nullus illorum concurrit. Primo enim ex diuersitate formularum fideicommissorum *num. 23.* Prætis restringit opinionem, quæ ne poti vel nepti fauet, quando apposita esset clausula salua gradus prærogatiua, ex mente Doctorũ quos refert, quorum tamen opinio non admodum tuta sibi videtur, eodem *d. num. 23. versi. aduerte tamen.*

Secundus casus refertur a Prę tis *num. 24.* quando in institutione soli filij soliùe fratres disponẽ tis,

tis, vel alij nominatim continerentur, & deinceps fideicommissaria substitutio, vel expresse nominibus proprijs repetitis, vel relatiue eosdem institutos contineret. Tunc enim verborum proprietas nepotes aut neptes comprehendere non intelligeretur, *ex d.§.in fideicommisso. & ex l.fin. C. de verbo.signi.* prout ex Corne. *consil.182. col.2. in 2.* & Ruin. & pluribus alijs sic in specie determinantibus, declatat Præt. *sup.nu.24* qui *num.25.* antecedeuti formulæ illam æquiparat, qua fideicommissi constitutor filijs institutis eos, & eorum filios sibi ad inuicẽ substituisset, in stirpes, & non in capita: tunc enim doeet Præt. ex Curt. Iun. *consi.22. du. 1.* & alijs permultis, nepotem aut neptem cum patruo, vel amita, nec debere concurrere, nec minus cũ illorum exclusione admitti.

Tertius casus refertur a Simo. *num.26.* quando particularis prouisio subalternatiua post filios facta esset, ad fauorem nepotum, vel neptium: quo casu signum adesset euidens, disponentem post haberi voluisse nepotes, vel neptes in successione fideicommissi patruis, vel amitis, allegat tex. *in l, cum pater.§ pen. de leg.2. & in l. hæredes mei. §. fin. ad Trebel.* & Alex. *consi.30. in 2.* cum alijs permultis.

Ex his autem tribus casibus, tribusue substituendi formis in præsentiarum nulla concurrit. Secundus enim casus, secũda ue substituendi forma quæ magis casui nostro similis videri posset articulo cũ iudicio discuso dissimilis omnino videtur. Quoniam in casu nostro, non currit identitas personarum contentarum in institutione, & substitutione. Nec etiam dictio aliqua taxatiua, quæ præcisse præseferat, ac denotet disponentis volũtatem decedente Antonio honorato absque filijs masculis, & fœminis, & Ioanne substituto absque filijs masculis restrictam voluntatem habuisse admittendi Hipolytam filiam Ioannis, exclusa Ioanna Martin eiusdem Ioannis neptis, ex Ioanna filia maiori prædefuncta in vita Antonij honorati, quãdoquidem in occurrẽti casu primo filios masculos Antonij donatarij prætulerunt donatores, absque eis autem decedente Antonio prætulerunt Ioannem Seuil, ipso autem absque filijs masculis decedente, substituerunt filias eiusdem matrimonij donatarij, si extitissent, & non extantibus filias Ioannis per viam maioratus, & indiuidue successionis, quæ formula collata cum formula, Simonis de Præt. *d. num.24.* omnino videtur diuersa.

Et quamuis Peregri. sup. allegatus *d. num.44.* videatur præcedenti resolutioni obius, quatenus limitat nepotis aut neptis prælationem erga patruum, vel amitam, casu quo de filijs certæ cuiusdam personæ substitutio loquatur, & ad eum locum, se ipsum iterum referat *arti.22. nu.54 in fin.* tamen longe verior esse videtur distinctio casuum, & formularum substitutionum expensa per Simo. de Prætis *vbi supra.*

Imo

Imo verò mihi attente articulum pensitanti, videtur vix distinctionem Peregri. licet fuerit antiquorū per ipsum relatorum & recentiorum inferius referendorū, aliquo in casu dubitabili procedere posse, multoque minus tanquam fœdus oppositarū sententiarum Doctorum in hoc articulo considerari posse. Articulus enim, & oppositæ sententiæ Doctorum procedunt, in casu quo filij indiuiduarum personarum substituuntur, & casu quo concurrunt tempore cedentis fideicommissi nepos, vel neptis ex fratre, vel sorore prædefunctis, cum patruo vel amita, vt plane existimem, mediam istam sententiam, & distinctionem esse directo oppositam veriori & receptiori sententiæ Doctorum, quæ nepoti, aut nepti fauet, vt merito Peregri. (qui nec alias multū sibi constitisse videretur) dicto *art. 22. ex num. 60.* aduersus Bald. & sequaces, cum Bart. & pene innumeris in his quæ sunt commodi, & honoris referat magis receptam & communem sententiam pro nepote, & nepte extare. Quid? consideratis verbis Peregri. *d. num. 61. in fin.* præcisse præfata distinctio conuincitur cum ampliat resolutionem, & si substitutio conciperetur de filijs ex suo corpore natis, nam certa est & indiuidua persona cuius filij futuri sint.

Nec dicatur Peregri. *dictis num. 60. 61.* non discutere præcisse casum concursus nepotis, aut neptis, cum patruo & amita, quia potius cōsequenter loquutus videtur, & quia ratio eadem esset, cū de verborum proprietate vtroq; casu disputetur.

Nec magis mihi probatur Beroi distinctio pro articuli determinatione *in cap. dilecti filij num. 52 de arbitri.* licet eam magni fecerit Fran. Viuius *communi opi. 539. in fi.* quatenus dixit, articulum præsentem resoluendum esse, vno casu pro nepote vel nepte, quando scilicet illorum pater aut mater præuixerant, vltimo possessori maioratus, inquiunt enim, tūc nepotem vel neptem patruo, vel amitæ præferendum. Distinctio sane tantis Doctoribus, & in tam ancipiti articulo, si non indigna certe superuacanea, quādo enim successio & substitutio semel ingressa est personā filij, quidquid de eo cōtingat caret prorsus dubitandi ratione continuatio successionis, & interiectarum substitutionum, in nepotibus vel neptibus, & in cæteris deinde descendentibus. Vnde Beroi. & Viui. proprius sua distinctione intentionem nepotis aut neptis opinionemque magis receptam ipsius fauentem destruit, quam opiniones oppositas Doctorum conciliat. Non ita in antecedenti distinctione fideicommissi instituti ab ascendenti, vel ab extraneo, siue transuersali, quæ vere contrarias opiniones reducit & conciliat.

Vnde in tam cōtrouerso & ancipiti iuris articulo, qui gladiatorio iudicio potius quam iuris ratione dirimendum esse profitentur ex Ottonis Imperatoris sententia Gram. *decis. 1. numer. 24.*

Viui.

Viuius *opinio.* 539. *in fin.* Simon de Prætis *supra*, prout bis in facti contingentia fuisse diremptam, & semper obtinuisse nepotem ijdem Authores profitentur, & etiam Capella Tholosa. *decis.* 434. *in addit. Aufrerij.* Vbi habetur, sententia pro nepote, vel nepte, magis vera, & magis recepta. A qua Aufrer. non inde videndus est recessisse, quod in calce referat vnū aut alterum Doctorum ex probantibus contrariam. Quod enim dicitur, Doctorem referentem duas opiniones cum posteriori transire, procedit, in simplici & generali relatione, non vero in ea quæ fit cum exacta opinionum censura, & qualificatione. Qua propter cum Aufrer. de receptiori sæpe profiteatur *in d. decis.* 434. Licet tādē duos referat Doctores tenentes contrariam, pro patruo vel amita, nō est credendus a communi discessisse.

Vt quamuis in inuoluto hoc articulo, non solum Doctores verum, & Senatus intersesse modo pro nepote, aut nepte, modo vero pro patruo vel amita iudicando, repugnent & contrarientur, vt notarunt Gam. & Thesau. *vbi supra*, dixitque Bald. *in l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. & in l. fin. C. de suis & legit.* nodum hoc, Apollo referendum esse, vt ab eo solueretur: nihilominus ex antecedentibus, & alijs permultis Doctoribus ab eis allegatis, verior, & receptior roboratiorq; rebus iudicatis est sententia, pro nepte, pro exclusione amitæ, in speciæ nostra.

Et in indiuiduo Dom. Regens Sesse *decis.* 64. *num.* 109. vbi cum multis asseuerat, in maioratu, & fideicommisso constituto pro cōseruatione agnationis, dubio procul nepotem vel neptem ex filio vel filia prædefunctis, præferendum esse patruo vel amitæ: & quamuis in casu eius decisionis patruus obtinuerit, nec casus cū nostro conuenit in circūstantijs facti, nec multum ei præiudicio hærendum videtur, cum duo ex Dominis Regijs Consiliarijs pro nepote strenuo pugnauerint, & vota sua præstiterint.

Ad hæc considerationis esse videtur, constitutionem huius maioratus in contractu factā fuisse, quo casu etiam fauentes contrariæ sententiæ, & amitæ pro nepte tenent, vt Domini poterunt conspicere apud Peregri. *cōsi.* 39 *num.* 22. *in* 1. vbi non solum profitetur tunc esse magis disputabilem, verum ex authoritate Doctorum, quos refert in fine illius numeri, in nostram sententiam inclinat.

In articulo vero restitutionis dotis efflagitate ab Emerentiana Pelegrin, ex duabus dubitationibus a Dominis propositis, quarum prior est. Michaelem Seuil filium Antonij donatarij, non successisse in fideicommisso ex præmorientia ipsius in vita parentis. Sed huic facile respondetur, beneficium *authen. res quæ.* procedere non solum in vocato, qui de facto successit, sed in clare vocato, qui tamen ob eius præmorientiam succedere non potuit, vt non obscure colligitur ex Lu-

do. Molin, *lib. 4. cap. 6. num. 5. & per totum.* vbi quãuis referat aliquos Doctores tenuisse contrarium, pertransit tamen cum hac opinione secure.

Difficilior est alter obex quod probatum extiterit extare, bona libera pro concurrenti & ingentiori quantitate dotis, ac proinde cessare *d. authen. res quæ.* priuilegium. Pro solutione huius difficultatis, perpendenda sunt dicta testium, an concludant in debita iuris ratione.

Et omni casu meliorationes, quæ iure dominij pertinent ad coniugem meliorantem, & eius hæredes, vt per Ioán. Garsi. *de expen. & meliora. cap. 17. per tot.* & expedita res est, quod respectu quãtitatis in qua concurrunt testes, erit recipienda eiusdem Emerẽtianæ propositio, & concedenda domi retentio Dom. Reg. Sesse *decis. 71. per totam.*

Denique quod attinet ad T. Seuil, qui petit tanquam vocatus iure substitutionis, tota res est facti, quam cum cæteris articulis doctissimus & diligentissimus causæ Relator, perpendet & examinabit.

Ex quibus fit huius articuli decisionem peritum & bene valentem Aduocatum requisiuisse, in peritũ, & in lecto iacentem nullo modo. Vtrunque tamen facile supplebunt ardens celus Dominorum Iudicum, æquo iustitiæ libramine causas decidere satagentium, eorundemque eximia doctrina & eruditio, pro quibus facile arctiores nodos (& si præsens satis arctus sit) facile soluere poterunt, quos spero ob præmorientiam Ioannæ Martin filiæ Ioannæ Seuil, filiæ maioris Ioannis Seuil iudicaturos. pro excludenda Hippolyta Seuil filia secunda præfati Ioannis Seuil fideicommisso innitens. Ex quo in necessariam, consequentiam resultabit esse recipiendas propositionem Emerentianæ Peregrin, & Hieronymi Peralta reiecta præpositione Hippolytæ. Sub censura Dominorum.

Michael Pastor.